

19. Missa vero, si hora fuerit congruens, ritu pro defunctis, ut in die obitus, præsente corpore, non omittatur, nisi obstet magna diei solemnitas, aut aliqua necessitas aliter suadeat: et post Missam fiat, ut supra.

CAPUT 4.

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

Dicitur in Choro in die depositionis, et aliis diebus pro temporis opportunitate, et Ecclesiarum consuetudine, ut supra dictum est. In die vero depositionis, et tertio, septimo, trigesimo, et anniversario, duplicantur Antiphonæ: et in fine Psalmorum dicitur: Réquiem ætérnam * dona eis, Dómine. Et lux perpétua * líceat eis; etiam si pro uno tantum fiat Officium.

AD VESPERAS.

Absolute incipitur ab Antiphona.

Ton. II.



Placé-bo Dó-mi-no, in re-gi-ó-ne vi-vó-rum.

Ps. 114. Di-lé-xi, quóni-am ex-aú-di-et Dó-mi-nus. U e a e i.

Psalmus 114.

Diléxi, quóniam exaúdi-
et Dóminus * vocem ora-
tiónis meæ.

Quia inclinávit aurem suam
mihi: * et in diébus meis invo-
cábo.

Circumdedérunt me dolóres mor-
tis: * et perícula inférni invené-
runt me.

Tribulatió-
nem et dolórem in-
veni: * et nomen Dómini invo-
cávi.

O Dómine líbera ánimam meam:

* miséricors Dóminus, et justus,
et Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus: *
humiliátus sum, et liberávit me.

Convértere ánimam meá in ré-
quiem tuam: * quia Dóminus
benefécit tibi.

Quia erípuit ánimam meam de
morte: * óculos meos a lácrimis,
pedes meos a lapsu.

Placébo Dómino * in regióne
vivórum.

Réquiem ætérnam.


1. Antiphona.




Placé-bo Dó-mi-no in re-gi-ó-ne vi-vó-rum.

2. Antiphona.

Ton. II.



He-i mi-hi, Dó-mi-ne, qui-a inco-látus meus pro-lon-gá-tus est.



Ps. 119. Ad Dóminum cum tri-bu-lá-rer clamá-vi. U e a e i.

Psalmus 119.

Ad Dóminum cum tribulárer
clamávi: * et exaúdi-vit me.

Dómine líbera ánimam meam a
lábiis iniquis, * et a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid appo-
nátur tibi * ad linguam dolósam?

Sagittæ poténtis acútæ, * cum
carbónibus desolatóriis.

Hei mihi, quia incolátus meus
prolongátus est: habitávi cum ha-
bitántibus Cedar: * multum ín-
cola fuit ánimam meam.

Cum his, qui odérunt pacem,
eram pacíficus: * cum loquébar
illis, impugnábant me gratis.

Réquiem ætérnam.

2. Antiphona.



He-i mi-hi, Dó-mi-ne, qui-a inco-látus meus pro-lon-gá-tus est.

3. Antiphona.


Ton. II.



Dó-mi-nus cu-stó-dit te ab o-mni ma-lo: cu-stó-di-at



á-ni-mam tu-am Dó-mi-nus. Ps. 120. Le-vá-vi ó-cu-los



me-os in mon-tes. U e a e i.

Psalmus 120.

Levavi oculos meos in montes, * unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a Domino, * qui fecit coelum et terram.

Non det in commotionem pedem tuum: * neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neque dormiet, * qui custodit Israel.

Domini custodit te, Dominus

3. Antiphona.



Dó-mi-nus cu-stó-dit te ab om-ni ma-lo: cu-stó-di-at



á-ni-mam tu-am Dó-mi-nus.

4. Antiphona.

Ton. VII. Fin. 1.



Si in-iquitátes observá-veris, Dó-mi-ne: Dó-mi-ne, quis susti-nébit?



Ps. 129. De profúndis clamá-vi ad te, Dó-mi-ne. U e a e i.

Psalmus 129.

De profúndis clamavi ad te, Domine: * Domine, exaudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendentes, * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris, Domine: * Domine, quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: * et propter legem tuam sustinui te, Domine.

Sustinuit anima mea in verbo

ejus: * speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, * speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia; * et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Réquiem æternam.

protectio tua, * super manum dexteram tuam.

Per diem sol non uret te, * neque luna per noctem.

Domini custodit te ab omni malo: * custodiat animam tuam Dominus.

Domini custodiat introitum tuum, et exitum tuum; * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Réquiem æternam.

4. Antiphona.



Si in-iquitátes observá-veris, Dó-mi-ne, Dó-mi-ne, quis susti-nébit?

5. Antiphona.

Ton. II.



O-pe-ra má-nu-um tu-á-rum, Dó-mi-ne, ne de-spi-ci-as.



Ps. 137. Confi-tébor ti-bi, Dó-mi-ne, in to-to corde me-o. U e a e i.

Psalmus 137.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo: * quoniam audisti verba oris mei.

In conspectu Angelorum psallam tibi: * adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua, et veritate tua: * quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocavero te, exaudi me: * multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ: * quia audierunt omnia verba oris tui:

Et cantent in vis Domini: * quoniam magna est gloria Domini.

Quoniam excelsus Dominus, et humilia respicit: * et alta a longe cognoscit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me: * et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et salvum me fecit dextera tua.

Domini retribuet pro me: * Domine misericordia tua in sæculum: ópera manuum tuarum ne despicias.

Réquiem æternam.

5. Antiphona.



O-pe-ra má-nu-um tu-á-rum, Dó-mi-ne, ne de-spi-ci-as.



Ÿ. Au-dí-vi vo-cem de cœ-lo di-cén-tem mi-hi.



R. Be-á-ti mór-tu-i, qui in Dó-mi-no mo-ri-ún-tur.

Ad Magnificat Antiphona.

Ton. VII. Fin. 1.



O - mne, quod dat mi-hi Pa - ter, ad me vé-ni-et,



et e - um, qui ve-nit ad me, non e - jí - ci - am fo-ras.



Cant. B. M. V. Ma - gni-fi-cat. * 2. Et ex-sul-tá-vit spi-ri-tus



me-us. * U e a e i.

Canticum Beatæ Mariæ Virginis.

Luc. cap. I. v. 46.

Magnificat * ánima mea Dómi-num.

Et exsultávit spíritus meus * in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede: * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israél púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini ejus in sæcula.

Réquiem ætérnam.

Antiphona.



O - mne, quod dat mi-hi Pa - ter, ad me vé-ni-et,



et e - um, qui ve-nit ad me, non e - jí - ci - am fo-ras.

2. Preces infrascriptæ dicuntur flexis genibus, similiter et ad Laudes.

Pater noster. secreto.

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed libera nos a malo.

Psalmus 145.

Lauda ánima mea Dóminum, laudábo Dóminum in vita mea: * psallam Deo meo quámdiu fúero.

Nolíte confidere in princípibus: * in filiis hóminum, in quibus non est salus.

Exibit spíritus ejus, et revertétur in terram suam: * in illa die peribunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus, cujus Deus Jacob adjútor ejus, spes ejus in Dómino Deo ipsíus: * qui fecit cælum et terram, mare, et ómnia, quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sæculum, facit judícium injúriam paténtibus: * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compeditos: * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elisos, * Dóminus diligit justos.

Dóminus custódit ádvenas, pupíllum, et víduam suscépiet: * et vias peccatórum dispédet.

Regnábít Dóminus in sæcula, Deus tuus Sion * in generatiónem et generatiónem.

Réquiem ætérnam.

V. A porta ínferi.

R. Erue, Dómine, ánimam ejus.

V. Requiéscat in pace. **R.** Amen.

V. Dómine, exaúdi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

3. In die depositionis Defuncti. Oratio.

Absolve, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui N. (vel fámulæ tuæ N.), ut defúnctus (vel defúncta) sæculo tibi vivat: et quæ per fragilitá-

tem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimae pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Vel Oratio.

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere, te supplices exoramus pro anima famuli tui *N.* (*vel famulae tuae N.*), quam hodie de hoc saeculo migrare jussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem; sed iubeas eam a sanctis Angelis suscipi, et ad patriam paradisi perducere; ut quia in te speravit et credidit, non poenas inferni sustineat, sed gaudia aeterna possideat. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

4. *In die tertio, septimo, et trigesimo depositionis Defuncti.*

Oratio.

Quæsumus Domine, ut animae famuli tui *N.* (*vel famulae tuae N.*), cujus depositionis diem tertium (*vel septimum, vel trigesimum*) commemoramus, Sanctorum atque Electorum tuorum largiri digneris consortium; et rorem misericordiae tuae perennem infundas. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

In Anniversario. Oratio.

Deus indulgentiarum Domine, da animae famuli tui *N.* (*vel famulae tuae N.*), (*vel animabus famulorum, famularumque tuarum*), cujus (*vel quorum*) anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.



ALIAE ORATIONES DIVERSAE PRO DEFUNCTIS.

Pro summo Pontifice defuncto.

Oratio.

Deus, qui inter summos Sacerdotes famulum tuum *N.* ineffabili tua dispositione connumerari voluisti: praesta, quaesumus; ut qui unigeniti Filii tui vices in terris gererat, sanctorum tuorum Pontificum consortio perpetuo aggregetur. Per eundem Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Pro defuncto Episcopo. Oratio.

Deus, qui inter apostolicos Sacerdotes famulum tuum *N.* pontificali fecisti dignitate vigere: praesta, quaesumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Si fuerint plures, dicitur in numero plurali.

Pro Episcopo Cardinali defuncto, dicatur: famulum tuum N. Episcopum Cardinalem, pontificali fecisti dignitate, etc.

Pro Presbytero Cardinali, dicatur: famulum tuum N. Presbyterum Cardinalem, sacerdotali, etc.

Pro Diacono autem Cardinali, dicatur Oratio: Inclina, Domine, etc. quae habetur paulo infra: hoc modo: ut animam famuli tui N. Diaconi Cardinalis, quam de hoc saeculo, etc.

Pro defuncto Sacerdote. Oratio.

Deus, qui inter apostolicos Sacerdotes famulum tuum *N.* sacerdotali fecisti dignitate vigere: praesta, quaesumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Vel Oratio.

Præsta, quæsumus Dómine: ut ánima fámuli tui **N.** Sacerdótis, quem in hoc sæculo commorántem, sacris munéribus decorásti, in cœlesti sede gloriósa semper exsúltet. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Pro uno defuncto.

Oratio.

Inclína, Dómine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súplices deprecámur: ut ánimam fámuli tui **N.**, quam de hoc sæculo migráre jussisti, in pacis ac lucis regiône constitúas, et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Pro una defuncta.

Oratio.

Quæsumus, Dómine, pro tua pietáte miserére ánime fámulæ tuæ **N.**, et a contágiis mortalitátis exútam, in æternæ salvatiónis partem restítue. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Pro defunctis fratribus, propinquis, et benefactoribus.

Oratio.

Deus, vénia largítor, et humánae salútis amátor, quæsumus cleméntiam tuam: ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos, et benefactóres, qui ex hoc sæculo transiérunt, beáta María semper Vírgine intercedénte, cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Pro Fidelibus defunctis generalis Oratio.

Fidélium Deus ómnium cónditor et redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárum remissionem cunctórum tríbe peccatórum: ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis suppli-

catióibus consequántur: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. **R.** Amen.

V. Réquiem æternam dona eis, Dómine.

R. Et lux perpétua luceat eis.


V. Requiéscant in pace.

R. Amen.


AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Modus 6. *Fa-la.*



Re-gem, cu-i ó-mni-a vi-vunt, * Ve-ni-te,



ad - o - ré-mus. Chorus repetit: Re-gem.

Psalmus 94.



Ve-ni-te, exsul-témus Dómi-no, ju-bi-lémus De-o sa-lu-tá-ri



nostro: præoc-cu-pémus fá-ci-em e-jus in con-fes-si-ó-ne,



et in psalmis ju-bi-lémus e-i. Re-gem. ut suprâ.



Quóni-am De-us magnus Dó-minus, et Rex magnus super omnes



de-os: quóni-am non repéllit Dóminus plebem su-am, qui-a in

ma-nu e-jus sunt omnes fi-nes ter-ræ, et al-ti-tú-di-nes
 món-ti-um ip-se cón-spi-cit. *Ve-ní-te. ut supra.*

Quóni-am ip-sí-us est ma-re, et ip-se fe-cit il-lud, et á-ri-
 dam funda-vérunt manus e-jus: ve-ní-te, ad-o-rémus, et proci-
 dámus an-te Deum: plo-rémus coram Dó-mi-no, qui fe-cit nos:
 qui-a ip-se est Dó-minus De-us no-ster, nos au-tem pó-pu-lus
 e-jus, et o-ves pá-scu-æ e-jus. *Re-gem. ut supra.*

Hó-di-e si vocem e-jus au-di-é-ri-tis, no-lí-te obduráre corda
 vestra, sic-ut in ex-a-cerba-ti-ó-ne secúndum di-em ten-ta-ti-
 ó-nis in de-sér-to: u-bi ten-ta-vé-runt me patres ve-stri, pro-

ba-vé-runt et vi-dé-runt ó-pe-ra me-a. *Ve-ní-te. ut supra.*

Quadragín-ta annis próximus fu-i ge-ne-ra-ti-ó-ni hu-ic, et
 di-xi: Semper hi errant cor-de: ip-si ve-ro non cognovérunt
 vi-as me-as, qui-bus ju-rá-vi in i-ra me-a, si in-tro-
 í-bunt in ré-qui-em me-am. *Re-gem. ut supra.*

Ré-qui-em æ-tér-nam do-na e-is, Dó-mi-ne: et lux
per-pé-tu-a lú-ce-at e-is, Ve-ní-te. ut supra.
Chorus.

Re-gem cu-i ó-mni-a vi-vunt. Ve-ní-te, ad-o-rémus.

IN PRIMO NOCTURNO.

1. Antiphona.

Ton. VII. Fin. 1.



I - ri-ge, Dó-mi-ne, De-us me-us, in con-